solvissent suas bursas quibus per nationem facta
fuit dilatio de solvendo usque ad festum
pentecostes. Pro 2° supplicavit venerabilis
vir magister Petrus Caron pro et nomine magistri Jo.
Darly sicut alias pro eo supplicaverat ut
natio vellet prefato magistro nostro Jo. Darly de
debito xx^ti scutorum quibus nationi obligabatur
super illis facta reddere et cassare. Supplicavit
insuper prefatus dominus Receptor ut aliqua super summa
dare solitam in festo beati Nicholai viz summa
centum solidi dare vellet ex quo graves et
magnas expensas et illam summam excedentes ut
solempnius festum illud nostri patroni celebraretur.
Quantum ad primum decrevit natio prefata ut hii
examinati ad nationem vocarentur et ut ad solvendum
bursas moverentur. Et id si facere renuerent non
baccalarii reputarentur. Quantum ad 2^m placuit nationi
prefato magistro nostro 1ª decem scuta condonare et alia
parte s. decem scuta recipiendo litteras eius obligatorias

Postilla Ista est

Anno dñi millesimo cccc octuagesimo quinto prima fulgida primadie
mensis Octobris hora prima diei dicti mensis Octobris
electionem Rectoris Universitatis Studii Wiennensis
Quatuor ad primum diem mensis Octobris
Rectoris electionis positis statutis nationis Rheni
Rectorem electum esse et pronunciatore quarratu statutis
placuit venerande nationi prefate Rectorem ad
hoc se retinere sunt hore statuta sunt datum
Rectoris electionem electum Rector
Hyems statis Rectoris Rectoris
Rectorem ingressus in persona Rectoris
Rectoris Rectoris Rectoris
Rectoris Rectoris Rectoris
Rectoris Rectoris

Procuratoria magistri Johannis de tuldel

Prefatus electus in actuali possessione positus extitisset
Supplicavit ut in agendis natio consilium favorem
et assistentiam prebere vellet et ut ipsum
associare dignaretur ad domum Henrici solito more
tantaculum sumptura Quibus supplicationibus benigni
favit nostro Presentibus nobilibus viris et magistris
etc. Acta sunt hec Teste signo etc.

De tuldel Ita est

Eisdem anno et mense octobris die 2a fuit in sancto
Juliano parrochie picardorum venerabilis natio super
duobus articulis solemniter convocata Primus super
redditione compotorum antiqui receptoris Secundus quis
super supplicationibus et iniuriis Quantum ad primum placuit
notioni audire prefata compota ut moris est
quorum forma quantitas et modus tam misie quam
recepte et comparatio unius ad altera in hunc modum
sequuntur

Sequuntur misie ordinarie

Summa prime misie	viij l iiij s
Summa secunde misie	x l xij s viij d
Summa 3e misie	viij l j s iiij d
Summa totalis misie	vj l iiij s ij d
Summa totalis tam ordinarie quam extraordinarie	vij l xviij s iiij d
Summa totalis misiarum	x l xij s viij d

Ex antwerpia oriundi cameracensis dyocesis 194

Summa missarum pro festo — xiij l. xiij s. viij d.
Summa totalis omnium missarum ordinariarum — iiij ll. ij l. xxx s. ij d.
Summa missarum extraordinariorum — c v l. vj s. ij d.
Summa omnium missarum — xl ll. viij l. v s. iiij d.

Recepta

Summa prime recepte extraordinarie — lj l. x d.
Summa secunde recepte — xxxij s.
Summa recepte ordinarie — lviij l. xvj s. x d.
Summa totalis recepte ordinarie a baccalariis huius anni tam pro bursis quam pro stolis — iiij ll. iij l. xvj s. ij d.
Summa bursarum triplicatarum a licenciatis huius anni est — xl l. ix s. vj d.
Summa bursarum triplicatarum ab incepturis huius anni est — xxxiiij l. ij s. vj d.
Summa eorum que ab hiis data sunt pro stolis est — lij l.

Summa totalis recepte tam ordinarie quam extraordinarie est ij c ll. lxxj l. iiij s. ij d. x d.

Et sic ex predictis colligi potest recepta excedere missas in lviij l. xvj s. x d. x d.
Explicit recepte compotum

Fetudel Ita est

Procuratoria magistri Johannis de Tuldel

Quantum ad 2.m articulum compotis per auditis supplicavit
antiquus receptor gratus ratus et advocatus acta que
per eum etc. haberi. Supplicavit pro duplicatione
salarii et dono gratuito quemadmodum predecessoribus
natio donaverat. Quibus supplicationibus annuit natio
in forma. Voluit preterea natio quod de pecunia remanente
distribuerentur cuilibet magistrorum presentium et in forma
tres dies supervenientium. Dum per decanos suarum
diocesum eorum nomina una cum aliis condiocesanis
scripta essent octo undecim. Quod etc. in actu 3
presentibus etc. Teste et signo etc.

De Tuldel Ita est

Anno et mense quibus supra die quinta octobris fuit
egregia piccardorum natio solemniter super tribus
articulis per juramentum convocata. Primus fuit super
scolis et regentia distribuendis. Secundus super
clausione computorum et rotuli quo inscripta
erant nomina magistrorum qui suas distributiones
receperant. Tercius quis super supplicationibus et iniuriis.
Quantum ad primum declaravit procurator quod singulis
annis circa predictum nomen ordinarii regentes secundum statuta
pro scolis et regentia reverentia de novo supplicare
debent. Et quantum ad 2.m placuit nationi conferre

scolas et regentias magistris qui tunc supplicaverunt quorum nomina et suorum fideiussorum infra scribuntur.
Supplicaverunt pro scolis et regentia Quo de novo
Quibus ut petebant contulit nacio solutis solvendis
et probatis probandis quorum etiam nomina et suorum
fideiussorum infra sunt

Detuldel Ita est

Dominus receptor scilicet magister Jo. de Ruella — Dominus receptor
Magister Johannes Hanon
Magister Johannes Moret
Magister Robertus Dorremiaulx
Magister Petrus Ruymont
Magister Petrus Caronis
Magister Bertrandus Pigoure
Magister Bernardus Pinte
Magister Petrus Donille
Magister Johannes Baudelrin — fideiussores
Magister Johannes de Campis
Magister Eligius de Wagnies
Magister Johannes Sta Donck
Magister Raso Pauli
Magister Fursius Dathies
Magister Thomas Bricot
Magister Nicholaus Parmentarii
Magister Johannes de Caulaincourt — M. P. Ruymont
Magister Maximus Fabri
Magister Nicolaus Brandu
Magister Michael Caronis ~~Boissart~~

Detuldel Ita est

Procuratoria magistri Johannis de Tuldel

Quantum ad secundum articulum computavit natio nomina magistrorum
quibus fuerat facta distributio una cum quibusdam
aliis qui tunc per suas distributionibus supplicaverunt
computati sunt etiam in certo numero nuncii per qualibet
diocesi et omnibus dictum numerum et compotum in rotulo
redactis signatus est Rotulus Supplicavit scientificus
et honestus vir magister Jo de Carpis per quod ut
ad officium nuncii per mortem vacans a notione
admitteretur Supplicavit etiam magister Jo Standonck
conquerens una cum aliis suis diocesanis de hiis
que suis diocesis nomine nuncii gerunt et tamen nullatenus
exercent ubi tamen ad villam Cameracensem tunc tutus
accessus erat Supplicavit ut officium nuncii pro
illa diocesi conferre vellet natio honesto et
probo viro Guillermo Hackredon qui ad huiusmodi
exercendum officium paratissimum se obtulit Quibus
supplicationibus natio annuit conforma Decrevit
preterea natio ex quo aliqui erant pecunie a regentibus
de novo date quod summa duorum fratrum regentibus
expederetur et daretur de pecunia eius ut hiis
una cum aliis alia prandium fieret more solito
ad quod omnes regentes vocarentur et ita actum
est in presencia notabilium virorum etc.
Teste et signo etc.

Detuldel Ita est

Ex antwerpia oriundi dyocesis cameracensis 196

Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo
mense octobris die octava fuit alma parisiensis
universitas super duobus articulis convocata. Primus fuit
super diligentia facta in materia processuum. Secundus
erat quis super supplicationibus et iniuriis. Quantum ad
primum enarravit dominus rector quod diligentie facte
fuerant in sua rectoria in materia processus et qui
processus expediti erant. Quantum ad 2m enarravit
dominus rector quatinus domini de villa iam bina vice
ad eum admisissent ut universitas suos deputatos
ad consilium mitteret. Quantum ad 3m supplicavit
dominus rector gratus ratus et advocatus acta que
per eum gesta rata et advocata haberi.
Supplicavit quidam cordigerus qui in curia domini rectoris
litigabat ut pars adversa quam comparere iam sepe
remuneret per universitatem in propria vel per procuratorem
comparere compelleretur. Supplicaverunt non nulli
litera gradus. Quantum ad primum egit natio
picardorum ingentes gratias domino rectori magistro radulpho
montfiquit et aliis deputatis et officiariis quia in
negociis et processibus universitatis ita viriliter
laboraverant et processerant. Quantum ad 2m fuerunt
non nulli deputati ad audiendum illud consilium qui audire
solum et universitati referre acta in huiusmodi consilio et

Procuratio magistri Johannis de Tuldel

Venerabilem dominum esse ab huiusmodi contribulationibus declarare haberent
Quantum ad 3m admittunt supplicationibus domini mei domini rectoris
in forma admittunt etiam supplicationi illius condigeri admittunt
etiam supplicationibus per litteras gradus probatis probandis Acta
sunt hec etc. Teste et signo etc.

De Tuldel Ita est

Supra notatis anno et mense die decima fuit preclara
artium facultas in sancto Juliano pauperi super
duobus articulis convocata Primus fuit super novi
rectoris electione Secundus fuit communis super supplicationibus
et iniuriis Quantum ad primum cum huiusmodi electio per
dominum rectorem posita extitisset nationem picardorum in suo
loco retracta decrevit quod dyoceses ad quarum iurium
spectabat electio ad partem retrahere suos darent
intrantes magnum intrantem electuros qui electi fuerant
conclave ingressi condescenderunt via spiritus sancti eligerunt
in magnum intrantem venerabilem et scientificum virum
magistrum nycholaum parmentarii et illum sic
electum in facie nationis proclamaverunt Quantum ad
2m articulum supplicavit dominus rector haberi gratus

ratus etc. ad acta quod eius gratia etc. cui supplicantes benigne
fuerunt egit quod gratias de penis et laboribus per eum
in illo officio assumptis. Supplicant etiam venerabilis
vir m. Claudius ad intrantiam nationis francie in
provincia beturicensi pretendens se gratum gravatum ex
conclusione procuratoris illius nationis conquerens
quia contra conclusionem decani et a minori votorum numero contra
eum concluserat per scientifico viro magistro petro
volen ut facultas hanc discordiam terminare vellet et
sibi conformiter ad conclusionem decani illius intrantie jus
adiudicare. Et quantum ad hanc supplicationem attribuit
notio jus intrantie prefato ~~intrante~~ magistro Claudio
multis hinc inde consideratis et conformiter ad conclusionem
decani. Tandem quatuor nationum intrantis
magni conclave ingressi sunt et in personam honorandi
scientifici et sagacis magistri Jo. Sudoris in
theologia baccalarii formati condescendens unanimiter.
Hunc spiritus sancti via in rectorem electum esse
in facie facultatis enunciaverunt. Qui facultatem
accedens sue matris nationis jussu compulsus
suorum etiam amicorum consilio et suasu ductus
variis excusationibus premissis illud ipsum
officium rectorale acceptavit in nomine patris etc.
Deinde supplicant quod consilio auxilio assistentia
et favore dominus rector de novo electus
cum in possessionem actualem positus per

Procuratoria magistri Johannis de Tuldel

traditione burreti clavium sigilli et libri extissz supplicant
etiam ut facultas vellet eum associare ad collegium
thesaurorum in sumptura more solito vinum et species
Quibus supplicantibus fuit benigne nam in forma
Egit quoque gratias dominis intrantibus qui talem et tantum
virum in rectorem elegerunt Acta sunt etc.
Ceste et signo etc.

De Tuldel Ita est



Anno quo supra octobris die xix^a fuit alma parisiensis
universitas super duobus articulis convocata Primus
fuit super conservatione statutorum et privilegiorum universitatis
Secundus est communis super supplicationibus et iniuriis Quantum
ad primum conquestus est magne auctoritatis et scientie vir
venerabilis magister Ambrosius de Cambray doctorum
doctor quem universitas pro cancellario tenebat de
dominis et magistris nostris de facultate theologie
quod nolebant credere preceptis vel mandatis nec
in habitationibus aliis pro universitate eis factis
et quod nolebant comparere in congregationibus Preterea
conquestus est de gravamine sibi facto in aula domini
episcopi parisiensis ubi officium cancellarii exercere

volebat per non nullos cordigeres et quod quendam de novo
berretassent ordine et forma birretandi pretermissent
unum cum suis licentiis supplicant 1° ut illa
veneranda facultas ab universitate resecarentur et
quod illi cordigeri privarentur. Quantum ad hunc
articulum voluit ut prius quam aliquid fieret resecatio
an aliquorum privatio ut prius dicti theologi ter
monerentur et ad congregationem vocarentur ut in hoc
moris est et iuris est procedere et ut in
proxima congregatione citarentur de novo sic
doctorisatus suas causas et facta in universitate
recitaturus. Quantum ad articulum per supplicationem
supplicant dominus rector pro auxilio consilio et
favore quod sibi collata sunt — — —

Erat preterea in natione articulus specialis super dispositione
pecuniarum super quo erat in eodem loco et et eadem
hora congregata per iuramentum et quantum ad illum
supplicarent non nulli magistri ut haberent de
suas distributiones quemadmodum alii habuerant legittimo
impedimento se excusantes de absentia quorum
magistrorum nomina hic sequuntur quorum supplicationibus
annuit natio. Acta sunt hec ut supra. Teste et
signo ut supra

Petrus de Ita est

Procuratoria magistri Johannis de Tuldel

Anno eodem octobris die xxii fuit veneranda piccardorum
natio super duobus articulis convocata. Primus erat
super novi procuratoris electione. Secundus est cum
super supplicationibus et iuriis. Quantum ad primum
cum declarasset procurator sue procurationis expirasse
placuit nationi ad electionem novi procuratoris
procedere. Pro qua celebranda voluit quod dyoceses ad
quas spectat electio suos darent intrantes que hanc
electionem celebrarent qui cum ~~ipsum in procuratorem electum~~
~~proclamaverunt~~ electi erant conclave ingressi condescenderunt
in personam modesti et scientifici viri magistri Johannis
Caronis ipsum in procuratorem electum proclamaverunt
qui dei auxilio necnon singulorum suppositorum prelibate
nationis confidens signo ~~[illegible]~~ crucis premunitus huiusmodi
officium acceptavit. In nomine patris xpi fuitque in possessionem
positus per antiquum procuratorem recipiendo ab eo
librum statutorum et sigillum argenteum cum septem
clavibus quarum iiii^or apud se retinuit duas alias
antiquo procuratori dimittendo altera v^o. scilicet septima
uni intrantium dedit videlicet magistro Guillermo
Dacy. Quantum ad 2^m articulum supplicavit antiquus
procurator haberi gratus ratus et advocatus actaque
per eum grata rata necnon statuta perlecta et
folia per computata nichilominus se statuta legere et
folia computare offerebat quam supplicationem natio
ei admisit in forma. Denuo supplicavit novus procurator
pro consilio auxilio et favore nationis et quod

Ex antwerpia oriundi dyocesis cameracensis 199

Dignaretur natio eum associare usque ad domum bidelli
et ibi sumere tanctatulum cum supplicatione
natio annuit Acta fuerunt hec in presentia
magistri Jo de Ruella magistri bertrandi
pigonce magistri Jo Staudonck et
plurimorum aliorum Teste et signo [illegible]

Ideo tulit Acta est

Et sic est finis

Guillermus haukedon nuncius dyocesis cameracensis

Procuratio magistri Johannis caronis

Electio noui procuratoris Magistri Johannis caronis de nointello iuxta clarum montem Beluacensis dyocesis

Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo die xxi^a mensis octobris fuit veneranda picardorum natio apud sanctum Julianum pauperem sollemniter conuocata super duobus articulis primus fuit super procuratoris noui electione Secundus fuit comis super supplicationibus et iniuriis Super quibus veneranda prefata natio deliberauit et conclusit modo et forma sequentibus primo quantum ad primum articulum quinque dyocesis ad quas pro tunc more antiquitus obseruato electio spectare dignoscebatur suos dederunt intrantes qui in conclaui reclusos Juramentis tamen consuetis sacratos vnanimiter et via spiritus sancti magistrum Johannem caronis dyocesis beluacensis in procuratorem elegerunt palam que coram cetu proclamauerunt Deinde pluribus per eundem electum factis excusationibus assumpsit ipsius procuratoris officium dei confisus auxilio necnon singulorum nationis suppositorum in nomine individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti Recepit que in signum vere possessionis librum statutorum nationis sigillum et claues a venerabili viro magistro Johanne de tuldel processore suo cui duas clauium dimisit et vnam tradidit vni suorum intrantium videlicet magistro guillelmo Dacy alias [illegible] apud se retinens Quantum ad articulum supplicationum supplicauit procurator antiquus [illegible] gratus ratus et aduocatus

de nointello iuxta clarumontem dyocesis beluacensis oriundi

haberetur et per eum acta grata rata et adnoata et
statuta pro lectis et folia pro computatis Insuper
supplicuit nomine electus pro consilio fauore et assistentia
in agendis nationis Et quod natio dignaretur eum
associare usque ad domum magni bidelli videlicet henrici et
ibi sumere lanctaculum Cui supplicationi natio annuit
Acta fuerunt in presentia magistri Johannis de Ruella
tunc pro Receptoris magistri Johannis monnet magistri Johannis
Ronnet magistri nicolai parmentarii et magistri philippi
guilbon et ceterorum quam plurimorum



Tarouis Ita est

Anno quo supra octobris die xxiiia fuit alma
parisiensis universitas apud sanctum maturinum hora
viiia a mane solleniter conuocata sed duobus articulis
fuit super discordia orta inter facultatem theologie et magistrum
ambrosium de cambray cancellarium parisiensem 2us fuit communis
super supplicationibus et iniuriis Quantum ad primum
articulum declaratum fuit quid erat in controuersia inter
dominos theologos et dominum cancellarium qui specialiter
de aliquibus suppositis prefate facultatis theologie con-
querebatur contra que in ultima congregatione pre uniuer-
sitatis precedenti per promotorem dicte uniuersitatis erant
aliqui articuli consecti super eorum contumacia et
rebellione quos articulos requirerunt dicti theologi con-
uocata fuit uniuersitas ad aduisandum si predicti
articuli essent ius concedendi vel denegandi

Procuratoria magistri Johannis

placuit nationi ad numerum reformatorum procedere electionem qui secundum
tenorem statuti habebunt singula collegia semel vel bis in anno
prout expediens videbitur visitare et cogere martinetas
ad moram trahendum in collegiis si comptum sit quod possint sufferre
onera collegiorum et etiam inquirere de moribus ingressorum et modo vivendi
studentium et defectus si qui quod absit reperiantur corripere et generaliter
singula in ipsa facultate reformanda melioribus via modo et forma quibus poterunt
reformare Et quantum ad hoc in reformatorem elegit magistrum eligium
de Vangermes qui prestito iuramento una cum aliis deputatis
fideliter exercere istud officium promisit Et quia etiam plures
discolie et insolentie singulis noctibus pro nonnullos nocte vaga
bundos fiunt et committuntur que in scandalum et dedecus totius
universitatis ~~vergunt~~ et precipue facultatis artium vergunt ordinavit
et conclusit natio una cum aliis nationibus pro tali insolentiarum
repressione quod dominus rector una cum aliis reformatoribus habeat
facere diligentem inquisitionem de talibus et acrem punitionem de eis
sumere Et ad obviandum ne id in posterum fiat ordinavit quod dominus
rector ponat singula compita et quadrivia universitatis litteras moni
torias quibus sit suum sigillum appositum et impressum ut a talibus discoliis
cessent et supersedeant sub pena privationis et resecationis a gremio et
consortio universitatis || Quod articulus fuit ex super supplicationibus et
iniuriis Tunc supplicavit dominus officialis parisiensis quod facultas quantitatis
commode posset apponere remedium huius clamoribus et insolentiis que
nocte per discolos exercentur sinant habeat quod eos in curia ecclesie iuridice
procedere et carceribus eos punire Cui supplicationi nondum annuit
nam videtur maxime gratias de bona affectione eius erga facultatem
et eius supplicationem retulit Acta fuerunt hec anno et die supradictis
presentibus magistris eligio de vangermes matheo le nectre Johanne coulaincourt
et aliis quam pluribus

Caronis

Procuratoria magistri Johannis Caronis

Anno ut supra die vero novembris viii^a congregata
fuit apud sanctum Julianum pauperem hora octava de mane
preclara artium facultas super duobus articulis primus
fuit super depositione vel continuatione festorum martini, kathe-
rine nicolai regum et ceterorum. Qui fuit cons super supplicationibus
et iniuriis. Quantum ad primum articulum deliberavit et conclusit
natio quod consideratis virtualium caritatis, studentium paupertate
necnon et eorum ad malos mores promptitate quod ista festa non
amplius celebrentur cum minimis seu instrumentis musicalibus sed
tantum si qui fuerint qui illa continuare voluerint in suis collegiis
cum cantilenis et dictaminibus seu sanctorum ymnis.
Insuper ordinavit natio quod ~~reprimerentur~~ iste exactiones
quas bejamina vocant reprimerentur et si possibile esset
totaliter deponerentur ad quod faciendum ordinavit natio
quod dominus rector habeat ad cameram suam omnes pedagiorum
principales seu pedagogistas convocare et etiam regentes
in magno numero cum procuratoribus singularum nationum
ad advisandum viam et modum secundum quem poterunt ista
reprimi seu etiam totaliter deponi. Ordinavit insuper
quod dominus rector una cum reformatoribus in ultima facultatis
congregatione electis adeat singula universitatis collegia
ubi iste coree consueverunt celebrari et denuntiet eis gravem
de festorum depositione factam quatinus de cetero talia non continuent.
Erat etiam articulus specialis in natione super recuperatione
duorum caputiorum epitogii procuratoris et similiter epitogii
receptoris que fuerant deperdita per procuratorem et receptorem
antiquos. Ordinavit natio quod predicti antiqui restituerent
predicta caputia secundum iustam appretiationem valoris eorundem
per henricum magnum bidellum fiendam cui ordinationi cum

presens esset antiquus receptor sine aliqua excusatione acquiuit
Quantum ad 2m articulum qui erat super supplicationibus
et iniuriis nulla fuit supplicatio cum nullus supplicaturus accesserit
Acta fuerunt hec anno et die supradictis presentibus vene-
rabilibus et discretis viris magistris Johe de Ruella receptore
petro Rugmont Roberto Dorremiaulx Johe mouret petro caron
betrando pigonce et aliis quamplurimis

Jo caronis



Continuatio predicti procuratoris magistri
Johannis caronis de nouitello diocesis beluacensis oriundi:
Anno quo supra die vero nouembris xviii fuit venerabilis
natio picardorum mater mea apud sanctum Julianum
pauperem sollemniter congregata et hoc super duobus articulis
Primus fuit super noui procuratoris electione vel preelecti
continuatione Secundus fuit communis super supplicationibus
et iniuriis Quantum ad primum articulum more solito pars
ad quam spectabat huiusmodi continuatio seu electio suos dedit et
nominauit intrantes magistrum nicolaum defontanis beluacensem magistrum
Johem caullier ambianensem magistrum Johem doublet nouiomensem
Jo carbonier attrebatensem absentibus tunc supposito mormensi

Procuratoria magistri Johannis

qui unanimi consensu et via spiritus sancti
predictum magistrum Johannem Caronis in procuratorem
continuauerunt et in facie nationis proclamauerunt
Cui continuatus post gratiarum actiones dominis
intrantibus exhibitas dictum officium in nomine domini
acceptauit Quantum ad 2m articulum supplicauit dictus
procurator quod haberetur ratus, gratus et aduocatus
acta quoque per eum grata rata et aduocata statuta pro
lectis et follia pro computatis Cui supplicationi
annuit natio in forma Supplicauit 2o magister Johannes
Doublet pro mentio pro villa et prepositura peronne
non obstante quod sit alius qui se gerat pro mentio qui
tamen minime officium mentionis exerceret quare tunc ordinauit natio quod
si ita compertum fuerit loco eius ponatur et instituatur
alius qui dictum officium fideliter et sedulo exerceat Et quia tunc
predictus Doublet exposuit quod quidam nuncupatus Matheus
de Taille erat idoneus et dictum officium affectans ideo placuit
quod loco alterius dictum officium haberet et exerceret. Supplicauit
etiam tunc procurator quia plures se gerunt pro mentiis in diocesi
Beluacensi quod natio se determinaret ad unum quem immobiliter
et inuariabiliter pro vero et continuo mentio tenerent
et reputarent. Sed cum de magistri et continuo exercitio Johannis
le Caron per magistros de illa diocesi videlicet magistrum Johannem
de Ruella. magistrum Mirabilem Mannoisin magistrum Nicolaum de
Fontanis magistrum Johannem de Bosco. magistrum Philippum Guilbon
magistrum Mirabilem Caronis esset sufficienter natio informata
voluit quod ille solus pro vero mentio in illa diocesi

haberetur ita quod si per villa et civitate debeat vel possit
unus institui hoc non sit preiudicando iuri dicti Johannis
le Caron. Supplicavit etiam tunc magister Jo. Doublet pro scolis
et regentia et dedit suos fideiussores magistrum Johannem
Bandequin et magistrum Johannem de Campis. Acta fuerunt
hec in presentia magistrorum Jo. Bandequin Nicolai de Putanis
Johannis Caullier et quamplurimorum aliorum. Teste meo
signo manuali hic apposito anno et die supradictis.



Jo. le Caron

Anno quo supra die vero decembris secunda
fuit veneranda picardorum natio apud sanctum Julianum
pauperem super tribus articulis solleniter convocata primus
fuit super dispositione pecuniarum pro festo beati Nicolai
2us fuit super epitogiorum nationis caputiis recuperandis
3us fuit communis super supplicationibus et iniuriis. Quantum
ad primum articulum ordinavit natio quod fierent distributiones in
vesperis et missa ut in aliis festis consuetum est fieri
Ordinavit etiam quod fieret prandium prelato et his quos vocare
vellet Receptor pro quo fiendo voluit quod si unus de

Procuratoria magistri Johannis

superioribus facultatibus huiusmodi officium decantaret seu
celebraret receptor exponeret dumtaxat iiij l. p. Si autem
assumeretur unus in facultate artium concedebat gl. s. sei
vel ad summum duo scuta. Quantum ad secundum articulum
ordinavit natio quod hi qui huiusmodi caputia perdiderant
quam cito commode possent dicta caputia redderent et
restituerent vel secundum appretiationem valoris epitogiorum
vel sine ulteriori inquisitione pro quolibet solverent viij s. p.
Quantum ad tertium articulum supplicavit Johannes Radoul pro officio
mentis vacantis per decessum Johannis Radoul patris dicti supplicantis
cui supplicationi annuit natio solutis solvendis. Acta fuerunt
hec presentibus magistris Johanne Bauderquin Johanne de Campis
Johanne de Ruella Nicolao Fraterni et aliis quam pluribus
Anno et die quibus supra

Jo. Caronis



Anno quo supra. Die vero decembris quinta fuit alma
parisiensis universitas super duobus articulis solleniter
convocata. Primus fuit super redditibus et capellaniis

Universitatis Secundus fuit communis super suppli-
cationibus et iniuriis Quantum ad primum articulum
eleganter exposuit honorandus dominus meus dominus
rector quod alma parisiensis universitas super thesauro
supremi domini nostri francorum regis singulis annis
percipere solebat annui redditus xx l. p. de quibus
sexaginta quarum persolutione spes erat minima nisi
medium intervenisset sanctissimi in xpo patris
domini episcopi albiensis qui se laboraturum
iuxta vires pro dicta universitate obtulit
dummodo de titulis et iure percipiendi dictas
xx l. p. notabiliter apparet per cartas et instrumenta
super huiusmodi confecta Ideo quantum ad hoc nationi
placuit quod eidem prefato domino albiensi carte super predicto
redditu xx l. concarentur et signanter ille que tangunt
privilegium de non trahi extra muros Quantum ad 2m
articulum supplicavit magister Johannes Rousse medicine doctor et dicte
universitatis capellanus quatinus littere de sua capellanie
fundatione exhiberentur prefato domino albiensi ut laborare
possit super prefate cappellanie redditibus recuperandis
et iterum solvendis cui supplicationi annuit natio
Supplicavit etiam tunc devotus religiosus magister Julianus
in theologia licentiatus de collegio maioris monasterii

Procuratoria magistri Johannis

pro adiunctione hidda in retractione cuiusdam processus
a magno consilio ibidem pendente infantia cuiusdam
cognoscendi de borbonio cuius supplicationi annuit
natio. Tunc etiam facta est inhibitio
ex parte dominorum de parlamento ne amplius
fiant et continuentur actus in facultate theologie
quousque terminatum sit de processu vito inter
dominum cancellarium parisiensem et magistros nonnullos
de prefata facultate theologie. Acta fuerunt
hec presentibus magistris petro gomy, roberto doyrenmyaulx
petro donville bertrando pigonce et aliis
pluribus anno et die predictis.

Jo caronis



Tunc supplicavit pro scolis et regentia magistri
Johannes hanon et dedit fideiussores magistrum
petrum donville et magistrum Johannem
bandequin cuius supplicationi annuit natio in
presentia prenominatorum actum est.

Jo le caron



Caronis in Diocesis Beluacensis

Anno domini millesimo cccc^mo octuagesimo secundo die lune
vij^a hora de mane decembris xvj^a fuit natio veneranda
picardorum apud ecclesiam beati Juliani pauperis super duobus
articulis sollempniter congregata Primus fuit fuit super
novi procuratoris electione Secundus fuit super sup
plicationibus et iniuriis Super quibus prefata natio
specialiter convocata deliberavit et conclusit modo et forma
sequentibus Primo quo ad primum articulum quidque dyocesis
ad quas pro tunc more antiquitus observato electio
spectare dignoscebatur suos dederunt intrantes qui in conclavi
reclusi iuramentis tamen consuetis sacrati unanimiter et
via spiritus sancti honorabilem et scientificum virum
magistrum anthonium de vorse diocesis traiectensis in procu
ratorem elegerunt palamque coram cetu proclamaverunt
Deinde pluribus per eundem electum excusationibus adductis
supplicationibus atque requestis dictum officium acceptavit
In possessionem quoque realem et actualem per me Johannem
Le caron dicti officii possessorem ultimum intrusus est per traditionem
septem clavium libri ac registrorum necnon et signi
argentei prefate nationis cuius cathena cum annulo sive comprehendendo
sigillum est unius quarterii cum dimidio ulne parisiensis
Et continet septuaginta novem parvos annulos quasi rotundos
et cum hoc sunt in eadem cathena tres cardines unus iuxta
annulum alii duo iuxta quendam grossum nodum argenteum

Procuratoria magistri Johannis Le Caron

Coram Officiali curie Cadomensis Sede vacante Ad
instantiam discreti viri magistri Johannis Le Caron
procuratoris fiscalis dicte curie Cadomensis Qui
dicit quod cum ipse ad causam fiscalem dicte curie
contra Johannem Le Vallet clericum dicte diocesis
Cadomensis Et ad causam predictam ipse Johannes
Le Caron procurator fiscalis predictus habeat
cum dicto Johanne Le Vallet clerico

Dyocesis beluacen

Sequitur nomen cuiusdam licenciati
qui tpe istius procuratorie incepit ;

Dominus michael de la Riviere cameracensis dyocesis
qui incepit sub magistro Johanne Staudonck cuius bursa
valet ——————————— ij ß



Jo caronis

Sequuntur nomina duorum mediorum
institutorum in hac procuratoria

Matheus de taille pro dyocesi noniomensi ;

Johannes Radoul pro diocesi ambianensi ;

Jo caronis



orandi et dominandi in zelandia

Cum electa de natione vocata artistis viris, aliquibus expertis hinc offerri fuerint sibi onerosum et fere importabile fore [illegible] et senior solita assistere assilio hujusmodi et simul officia impia officii sequi cum nimis hic alta [illegible] et filii et spiritus sancti ministrans attemptaret cum [illegible] actuali possessione et munita possit [illegible] solito modo disturbus supplicant ut [illegible] angelico fauore et assistentia nitiori [illegible] pdictos [illegible] potiri vel valeat in [illegible] ad domum [illegible] artistarum [illegible] assensu [illegible] [illegible] [illegible]

Procuratio magistri anthonii de Vorse diocesis traiectensis

in statuto super electione rectoris contentis impedientibus quibus
non obstantibus ipse antiquus rector sine ulla deliberatione facultatis
sed quodam ausu temerario munimenta rectorialia ipsi Johanni Cytha-
redi tradidit procuratoribus nationum Francie Picardie et Almanie
cum magistris illarum nationum opponentibus. Nec etiam ipse antiquus rector
dictam ecclesiam sancti Juliani pauperis exire erubuit non nullis cla-
matoribus ei adherentibus ipsum et dictum Cytharedi associantibus
eapropter ortus est rumor maior quam ante. Itaque post refutationem
antiqui rectoris singule nationes et supposita illarum procurato-
rem venerande nationis Francie instantissime requisiverunt quod poneret
in medium quid super hac re esset agendum quidquid procurator vene-
rande nationis Francie obtemperans eorum petitioni hoc in medium posuit
accepto consilio plurium magistrorum et regentium deliberaverunt
quatuor nationum magistri nullam fuisse electionem in persona predicti
Cytharedi et pro nova electione celebranda alios a prioribus
dedit intrantes venerandam quidem natio Francie venerabilem
et scientificum virum magistrum venerandam natio
Picardie venerabilem et honestum virum magistrum Johannem de Tuldel
et venerandam natio Normanie venerabilem et discretum virum
magistrum Henricum probi hominis et venerandam quidem natio Almanie
venerabilem et doctum virum magistrum Thomam Russeris qui in
manibus domini procuratoris venerande nationis Picardie iuramenta
prestiterunt domino procuratore venerande nationis Francie impetuosa
quorundam iuvenum violentia a loco substracto ecclesiam sancti Blasii
iuxta sanctum Julianum scituatam ingressi sunt ex quo ad locum consue-
tum quo electio rectoris solet fieri tutus accessus non patuit et
ibidem venerabilem virum magistrum Johannem Barnardi consensu
unanimi et spiritus sancti via concordi elegerunt qui mathuro
consilio habito officium rectorale acceptavit et quia antiquus rector
non aderat sepedictus procurator Picardie ipsum ad iuramenta
fieri solita recepit et capiti suo biretum rectorale imposuit hec
acta sunt anno die quibus supra notariis et testibus presentibus etc. in cuius rei etc.

de Vorse

Ita est

Anno dñi millesimo ccc.xcmo octuagesimo secundo die vero xxiiii mensis
decembris fuit alma vniuersitas parisiensis p dñm decanum facultatis theologie
apud fratres minores congregata sup tribus articulis p dñmos suos
sup bus negotiis 29 fuit sup mō rectorie p dños nros de consilio
decies 29 fuit sup supplicationibus et nouis Quoad primum articulum
hoc regie in quibus continebat q̄ supremus dns noster dux rex volebat
hoc vnū almanū pferre loquentes gallicum qui intelligit vtrumque
sufficere ad instrumenū quemdā capitaneū de patria scissens quo ad istud
nāo pertinet partum remisit ad offitiales nationis almanie qui supposita
sua negocia pnt Quoad secundum articulum audito sunt ex vtraq
pte magistri Johannes barnardi et magr Johannes cytharedi pro suis in officio
rectorie pretendentes quorū quelle nō sunt et defensiones suas in fauorem
statuū exposuit quibus auditis nāo nos attribuit magistro Johanni
barnardi et pata sunt ei dare consilium auxilium et fauorem Quoad
ad tertium nullū alij supplicauerunt acta fuerunt hec ano die dñis sup testibus
pūtibus ss magro bartrando de prage magro Johanne standay magro thoma ss



Anno dñi millesimo ccc.xcmo octuagesimo secundo die vero xxviii
mensis decembris fuit venerabilis patrum dominus nāo apud sanctum michaelem pauper
de pratis solempniter congregata sup istius articulis concernentibus contra
octauam octasiam rectorie Quorum primum est vtrum bedelli obedient magro Johanni
cytharedi vel magro Johanni barnardi de dictis rectoris Secundo sunt cum de
dictum sunt reddi pecuniā capte Tertius sup de iniuria illata dño procuratori
Quarto qui est sup supplicationibus et nouis Quoad primum articulum
deliberauit dicta nāo. q̄ bedelli dicte nationis nō obedient magro Johanni
cytharedi tanq̄ rectori Et adhesebat dicte nāo appellatio interiecta p dictum
magrum Johannem barnardi Quoad secundum articulum deliberauit pfata
dicta nāo q̄ pecuniā capte mittatur dño cytharedi appellanti pendente
p dictos deputatos ipsius nāo me quis de dicta nāo obediat dño cytharedi aut
compareat p eo mādatum congregationibus sub pena puniendi Quoad
ad tertium articulum deliberauit dicta nāo consurrit ad statuta et pacta
q̄ omnibus vnis et modis possibilibus dns procurator vt iniuria passus adducta
sibi nationi p̄fatis iniuria sibi et nationi in eo pona illatam expensis

Incuratio magistri Athonii de Vorse Traiectensis

nationis taliter quod fiat emenda condigna dicto procuratori et nationi
ut ceteris cedat in exemplum voluit pretera precepit et ordinavit
quod hec conclusio affigeretur per compita ne quis pretextu non affixio-
nis pretenderet ignorare. Etiam ordinavit prefata natio quod si essent
aliqui graduandi pendente appellatione illi eis accipient signetum ma-
nuale a magistro Johanne Bernardi cum sigillo prefate nationis et sic
graduabuntur. Acta sunt hec anno die quibus supra presentibus testibus
magistro Eligio Vangrines magistro Leone Patyn magistro Petro Caronis

De Vorse
Ita est

Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo die vero vicesima
nona mensis decembris fuit apud sanctum Julianum pauperem hora octava de
mane veneranda natio picardorum super duobus articulis convocata. Primus fuit
ad eligendum temptatores bacchalariandorum et similiter ad eligendum
examinatores licentiandorum in examine sancte Genovefe qui haberent examinare
ipsos licentiandos in cameris secundus fuit super supplicationibus et iniuriis.
Quantum ad primum placuit prefate nationi procedere ad ipsorum examinatorum
sive temptatorum tam baccalariandorum quam licentiandorum electionem et singule diocesis
nationis se ad partem retraxerunt et suos intrantes ad huiusmodi electionem
faciendam dederunt quinque ex una parte scilicet Traiectensis Cameracensis Leodiensis
Londunensis et Turnacensis ex altera Ambiensis Nomoniensis Attrebatensis
Morinensis et Belvacensis qui iuramentis prestitis in facie nationis conclave intra-
verunt et discretos viros in temptatores elegerunt quorum nomina inferius
inscribuntur qui quidem temptatores baccalariandorum more solito iuramenta
solita fieri in facie prestiterunt. Et supplicaverunt quod singuli magistri nationis
eos associare vellent usque domum Henrici magni bedelli picardie et ibidem
pantaculum sumere. Quantum ad secundum articulum nulli alii supplicaverunt.
Acta sunt hec anno die quibus supra presentibus venerabilibus magistris Petro Caronis
Jacobo de Fontibus Nicolao Fratrini et pluribus aliis

Sequuntur nomina temptatorum baccalariandorum

diocesis oriundi de dunelandia

Magister johannes de campis tornacensis diocesis pro regente
Magister thomas brugensis alias de [illegible] tornacensis diocesis pro non regente
Magister thomas bricot ambiensis diocesis pro non regente
Magister martinus grimmel diocesis ambiensis pro non regente

Sequuntur nomina in temptatorum in cameris in examinatione sancte genovefe

Magister petrus rumont — tornacensis
Magister nicolaus brunet
Magister anthonius turc procurator — traiectensis
Magister johannes mildelborch
Magister henricus — leodiensis
Magister raso
Magister jacobus de fontibus — londunensis
Magister gio vismer
Magister nicolaus fratrini — cameracensis
Magister johannes de standon
Magister ludovicus vassor — belvacensis
Magister guillelmus
Magister furseus dathies — nomoniensis
Magister petrus grandi
Magister ambrosius de gebromes — attrebatensis
Magister johannes carbonel
Magister ludovicus storm — ambiensis
Magister gilbertus de livre
Magister petrus bonnart — morinensis
Magister petrus caronis

De [illegible] vorse
Ista est
[illegible]

Inuenturatio magistri anthonij de vorse traiectensis diocesis

Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo die vero octaua mensis
Januarij hora octaua de mane fuit veneranda picardorum natio solempniter
apud sanctum iuliannum pauperem conuocata super duobus articulis Primus fuit de amissione
cuiusdam nuncij Secundus fuit super supplicationibus et iniurijs Quantum ad primum
narrauit venerabilis et scientificus vir magister Johannes de Capis quod quidam nuncius
cuius nomen erat personal de pont de villa insulensi diocesis tornacensis qui a
paucis diebus ab hac luce fuit substractus est. Quare supplicauit quod dictum officium
natio vellet filio predicti defuncti conferre cui supplicationi natio annuit
in forma a qua quidem conclusione opposuit se magister matheus de neckre
dicens nationem non sufficienter esse congregatam Quantum ad secundum
articulum nulli alij supplicauerunt sed nomine nuncij in hac congregatione
admissi Johannes de pont filius personal de pont Acta sunt hec anno
die quibus supra testibus presentibus magistro petro rumont magistro Johanne de Capis etc

De vorse
Ita est

Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo die vero octaua mensis
Januarij hora 2a postprandium fuit veneranda picardorum natio apud sanctum
iuliannum pauperem solempniter super duobus articulis conuocata Primus fuit ad
manutenendum priuilegium vniuersitatis quo cauetur supposita vniuersitatis non
